



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Praedicans Bernen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## COLLAT I O XXVIII.

ad internum sacrificiū, de quo Paulus ad Ro. xij. scribit, quōmodo Christiani exhibere debent corpora sua hostiā uiuam, sanctā, Deo placentē, hoc nō patiunt̄ & litera & uerba Christi ulla uia. Nam eiusmodi spirituales oblationes nunq̄ cessabunt usq; ad extremū diem, & tanta tunc erit tribulatio tempore antichristi, quod probi fugient in deserta, & quāto maior erit tunc tribulatio, tanto deuotiores in oratione, & ferventiores erunt in charitate, tunc probi dicēt, sicut in psalmo David dixerat. Ad dñm cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Psal. cxvij. Sic & met Christus dixerat, quod ppter electos abbreviabunt̄ dies illi, quū dixit. Et nisi abbreviati fuerint dies illi, non fieret salua omnis caro. Ideo quia spirituale sacrificiū probor̄ Christianor̄, non cessabit in temporibus antichristi, oportet ut det aliud externū sacrificiū, quod destruet antichristus ex ecclesia in præfato tempore, quum tempora missis imaginib⁹ & diuinis ornatibus euacuabunt̄. Sicut & S. Iohānes in spiritu uidit Apoc. xij. ubi de ecclesia loquens sub parabola mulieris, dicens. Et datae sunt mulieri aliae duas aquilae magnæ, ut uolaret in desertū in locū suū, ubi aliter per tempus intellige annū unū, & tempora intellige duos annos, & dimidiū temporis, hoc est medius annus. Quare notū est qd' ablatio iugis sacrificij tempib⁹ antichristi per uniuersum orbē erit, & durabit trib⁹ annis cū medio, sicut & nūc si prius ciuitatib⁹ incipit. Quāobrē ex pphetia Danielis p Christū euāgelisata, clare et dilucide notat̄ missam esse iugis sacrificij.

### PRAEDICANS BERNEN.

Primo dñs meus doctor Eckius exportat Paulū in epistola ad Hebr. non loqui de sacramento, sicut ego cum alijs intelligimus ad impugnandū per eandem epistolā sacrificiū corporis Christi. Respondeo quod ex claris huius epistolæ uerbis prius ostensis, deduco nullū aliud corporis Christi sacrificiū esse, quam id quod per suā passionē & mortem semel perfecit, & eo consumauit in perpetuū sanctificatos. Secundo

miratur,

## CONCLVSIO SECVNDA.

miratur de me dñs meus doctor, in qua nam scola hoc argumentū dīdicerim. Mīlla memoriā est semel exhibiti sacrificij, ideoq; & sacrificiū esse non potest, inducēs similitudinem ex ueteri testamēto, de incensō & agno pascali, quæ figuræ sunt & significarint futurū Christi sacrificiū, & tamen nihil omis-  
nus sīnt & ipsa sacrificiā, sic & cum missa sit, quæ memoria est sacrificij præcedentij, & cum hoc sacrificiū, dicto Christi Hoc probans, Hoc facite in meā cōmemorationē, quod non solū memorī, sed & apostolis & eorū successoribus hoc faciendū mandarit, quod fecerit ipse. Breuiter dico uerba Christi, Hoc facite, se ipsa lucide declarant ex uerbis præcedētibus, his scilicet. Accipite & manducate, Hoc est corpus meū quod pro uobis frangīf, hoc facite in meā cōmemorationē, & hīc nūla de sacrificio fit mentio ipsis demandato. Similiter & ultra dicit, Hoc poculū est nouū testamentū in meo sanguine, hoc facite quotiēscunq; bibetis in meā cōmemorationē. Ex quo quilibet Christianus capere potest clare & dilucide, Christū suis apostolis duo demandare, sumere scilicet sacramentū, & hoc in sui memoriā. Ideoq; me inducta ueteris testamenti figura non ligabit, nisi dñs meus doctor alterā partem scilicet missam esse quotidianū sacrificiū noui testamenti, cum claris scripturis p̄act. Tandem iterū inducit prophetiā Danielis, quod lit certa, quod neq; ego nego, sed eius intellectus de iū ges sacrificij, de quo Daniel loquit̄, quod missa sit sacrificiū, pero illius intellectus eius claras scripturas noui testamenti, quæ ostēdant iuge sacrificiū corporis Christi. Etiam ex Pau-  
lo declaro, & ex Psalmo, quale sit Christianū & quotidianū sacrificiū, Deo placēs, & a nobis omnibus expostulatū. Illud aut̄ quod prolixo sermone de temporib; antichristi inducit & euangelio confirmat, dimitto, ad nostrū namq; propositū non deferuit. Quantū uero inculpat omnes missam sacrificiū esse negātes nuntios esse præcursorios antichristi. Iohannes in sua epistola prima iiii. capite dicit. Et omnis spiritus qui

S

## COLLAT I O XXIX.

solutum Ihesum ex Deo non est, & hic est antichristus de quo audistis, quoniam uenit, & nunc iam in mundo est. Ex quo manifester est, quum missa cum omnibus suis ceremonijs, prout iam est in usu, eo tempore non sic inueniatur instituta, ideo Danielis dictum dimitto in suo ualore, & in sua relinquo ueritate manere. At intellectum iugis sacrificij, quod illud nihil aliud sit quam missa, quum dictum sit ueteris testamenti, requirit clarius & lucidius dictum noui testamenti ad hoc clare firmandum.

D. E C K I V S.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe Amen. Quia prædicens Bernensis ultimo cōtemptibiliter dixit me nō esse uirū talem amice demitto ut uerba sint, nossem em & ego eiusmodi seruo & sibi cōpetente uestem adaptare. Ad rem aut̄. Hodie auditus est uerus Pauli intellectus in epistola ad Hebr. quumq; dñs Berchtoldus unicū dumtaxat modū nouit sacrificandi cū morte uidelicet eum informauī, & adhuc aliam esse offerēdi formā absq; sanguinis effusione. Nullā alia dicit Christi oblationem esse quam cum morte, scđm Pauli doctrinā, quod in Paulo nunq; reperiet. Dicit me opinione meā probasse uerbo Christi, Hoc facite in meā cōmemorationē, quod non sic est factum. Ideoq; non recte cōcepit, quod ea uerba ad illud ponderandū adsumperim. Quum aut̄ aduefas spiritū sanctum illud uerbū hoc &c. ita uult cogere, ut facite dumtaxat tendas ad manducare, quod claro textui contrariat̄, peto ab eo scire, quia ab apostolo & temporibus in catholica Christiana ecclesia in usu fuit cōsecratio uenerabilis sacramenti. Ipseq; nolit dilectū dñm nostrum Ihesum, tale quid mandasse in his uerbis, Hoc facite &c. quod illam mihi in scripturis ostēdat, uel certe secundū suam opinionē, quium in scripturis non sit, necessario sequitur fictum & excogitatum fuisse.

PRAEDICANS BERNEN.

I N nomine Ihesu Christi, Amen. Sicut principiō dñs meus D. Eckius meos temerarios sermones deducit, dimitto ut

tantum